

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XXXIV

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

§. XXXIII.

P. 109. Radicem בוי elationis et excelsi notionem habere, non tantum germanicum **bäumen**, **aufbäumen**, et persicum **دنا** *supremum* rei, et græca βωμός, et βήμα, sed et syriacum **בוימ** *tribunal in altum elatum*, et arabicum **بوما** *bubo, ulcus turgens et tumidum* ostendunt. Addo **בוי** *elephantem, animal alti et excelsi corporis, quod in voce composita **בוי שנה** pro **בוי** I Reg. X, 22. legitur.* Hinc superest **במה** *excelsum quid, metonymice delubrum in excelsa loco exstructum. Priori notione occurrit Deut. XXXII, 13. XXXIII, 29. posteriori I Sam. IX, 14. 19. I Reg. III, 4.*

§. XXXIV.

P. 116. **בוי** Apud Arabes **בוי** est non tantum antecederet *rapuit*, sed et raptum *asportavit*, quod rapta quoque asportari soleant; græce *συλαγωγέω*. Inde **בוי** *præda rapta et asportanda, vel asportata.* Num. XIV, 3. 31. Es. X, 6. Quod autem Ezech. XXV, 7. *Ciif* habet **בוי**, ibi non cum Masorethis statuendum videtur, **בוי** pro **בוי** ob figuræ similitudinem esse positum, cum illa nullam harum litterarum alternationem producat, sed ad eam soni similitudo requiratur. Igitur vocem **בוי** potius deducimus ex inusitata radice **בוי** apud arabes **בוי** *disrupit*, ut **בוי** significet *disruptionem*. Deus enim *Rabbæ*, Ammonitarum metropoli munitæ idem exitum, quod Hierosolymis evenerat,

rat, interminatur, in ejus murorum ac propugnaculorum disruptione ponendum v. 5. **רָפָץ** actus rapiendi est, *raptus*, Dan. XI, 33. Esr. IX, 7. item metonymice *raptum, rapina, praeda, ablata vel auferenda* Esth. IX, 10. 15. 16.

§. XXXV.

נחך p. 118. Parva est differentia litterarum radicalium, et soni inter hanc et in Lexico præcedentem radicem; modo observetur, 3. radicalem *Nun* cum *Resch*, tanquam lingualem cum dentali permutari. Hinc mirum non est, utriusque eandem esse *probandi* et *probatum eligendi* notionem. In *Symbol.* nostris ad *Systema Philol. Hebr.* P. I. p. 57. jam observavimus apud Arabes radicem **נחך** in Conjug. V. significare *alte demergi in scientia partes, doctrinam ostendit*; quæ significationes *probandi* notionem, qua hebraica radix pollet, a modo illustrant, in adcurato et exquisito examine rei probandæposito. **נחך** ergo est, ita *explorare* aliquid, ut in ejus partes distinctas *penetretur* mentis judicio, et inde probatio rei proveniat. Hinc Eccles. IX, 4. **נחך** *recte defenditur, si sensus ita formetur: nam quicumque alte penetrat se in omnes viventes, eosque singulos explorat, invenit esse confidentiam seu securitatem.* Additur: *nam cani vivo hoc melius est, quam leoni mortuo.*

§. XXXVI.